Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

INTEGERRIMO ATQVE DOCTISS. THEOLO-
go D. Ioanni Coclæo. Ioannes Haſenberg
Bohemus S.P.D.

NOn poſſum non tibi, Coclæe humaniſs. lu-
dum hũc meum nuccupare, Propterea maxi
me, qđ videã te & ſerio & grauiter Ludionẽ
iſtum Luderum monere ac corripere, eorũ,
que pietatis ac ſalutis ſunt ſue. teq̃ adeo in-
telligam ad totum ferme, iam decenniũ mag
no conatu atq̃ vigiliis hocipſum feciſſe. Verum fruſtra &
ſurdo omnia, Quandoquidem ille omnia, vel illudat, vel diſ
ſimulet, & hiſtrionem ſeſe iam multis annis in re omnium
maxime ſeria præbeat, omniaq̃ in iocos & luſus vertat. Ad
dam & hoc, quod ego pro quantuſocunq̃ talento meo, illum
ſubmonui, et quidem ſerio, quo cum ille reſipiſceret, & Ec-
cleſiam columnam & firmamentum veritatis, agnoſceret,
tum maxime Catharinam, per pœnitentiã monaſterio red-
deret. Sed Minus ille apoſtaticus nihil non in ſales, in ridi-
culas nænias transformat. Iam quando hac nõ ſucceſſit, alia
aggrediemur via. niſi id putaremꝰ, quia primo proceſſit pa-
rum, non poſſe iam ad ſaluten hoc conuerti malum. Sed ta-
men pro officio Chriſtiano hoc Ludero debemꝰ conari, ma
nibus pedibusq̃, diesq̃ & noctes dũ proſimus ſibi. In omnẽ
enim partem verſandus eſt, homo verſi pellis, & arundo il-
la Euangelica, an vlla vnq̃ ratione eum Chriſto & Eccleſiæ,
lucrifacere poſſemus. Et quando prius lugubria cecinimus
ſibi, & nõ planxit. Iam tibia cantabimus homini, an ſaltare
vellet, Niſi forte eſſet ſic obfirmatꝰ vt ſimilis ſit pueris illis
Euangelicis ludentibus, qui ſedent in foris, & acclamãt ſo-
dalibus ſuis ac dicunt. Tibia ceciniꝰ vobis & non ſaltaſtis
Lugubria cecinimus vobis & nõ planxiſtis. Quare Ludioni
per ludũ ſub oculos ſubiicio quid patrarit, quicq̃ ſibi por-
ro pro meritis expectandum ſit. In hoc tantum vt agnitis
ſuis mille criminibus, vel tandem Eccleſiam proram & pup-
pim ſalutis ſuæ agnoſcat, atq̃ ſe cum Catharina ſua tot ſe-